

GER 190.  
A. 190. 33



DISQVISITIONIS  
DE  
FAVORE MEGALANDRI B. D. MARTINI LVTHERI  
IN SCHOLAS LITTERASQUE  
PARTICVL A PRIOR

DE NONVLLIS  
**B. LVTHERI VIRTVTIBVS**

QVINQVE

OPTIMAE SPEI SCHOLAE DISCIPVLI

DIE XXXI. MENSIS OCTOBR.

QVO REFORMATIONIS B. LVTHERI  
MEMORIA RENOVATVR

HORA II. A MERIDIE AVDITA VERBA FACIENT

AD QVORVM SERMONES AVDIENDOS  
SCHOLARVM PATRONI ET FAVTORES

INPRIMIS

MAGNIFICVS EPHORVS AMPLISSIMVS  
SENATVS PLVRIMVM REVERENDI  
V. D. MINISTRI

PER OFFICIOSE ET QVA PAR EST PIETATE

INVITANTVR

A

**M. CHRISTOPHORO KRETZSCHMARO**  
LYCEI CRVCIANI RECTORE.

FRIDERICOSTADII,

EX TYPOGRAPHEO HAGENMULLERI.

卷之三

NOTHES

# THECA.

LANA /

卷之三

An oval-shaped library stamp with decorative scrollwork borders. The text "BIBLIOTHECA" is on the top line and "PONICKAVIANA" is on the bottom line, both in a serif font.



in auctoritate eiusdem patrum. D. onus  
munitum est. quod si non sicut in seipsum, in aliis  
etiam etiam in exhortatione. in alio modo marmorei et  
alio

§. I.

**S**cholis recte constitutis, non rem modo publicam, sed  
Christi quoque regnum mirifice suffulciri, certum est,  
quam quod certissimum. Tenellis enim agnis cum cura  
& sollicitissime educatis, ouile incrementum capit: Illis contra ne-  
glectis, hoc paulo post corruit destructum & deuastatum. Id quod  
infernus, qui vafre improbus est, ille agnoscit Genius; Quare in scho-  
las, artium palaestras, ad hoc apertas, vt iuuenes in vsum & incremen-  
tuum tum sacri tum profani ordinis rite eduentur, suae in probitatis artes  
semper intendit: Excitauit videlicet viros, qui earum in destructionem  
& interitum omnes insidiarum nerois collegerunt, saltim, viribus il-  
lis nocendi destituti, nefandum quoouis modo testati sunt odium. Non  
prouocabo iam, quod vulgo fieri assolet, ad **JVLIANI**, Imperatoris A-

A ij posta-

postatae exemplum \*) qui coetus sacri, Christo addicti, amplificationem, ex scholis, a iuuenibus libere frequentatis, emergentem perspiciens, has, ob iam dictam causam, non quod ipse eruditio[n]is esset hostis, cuius maximus erat admirator & fautor, Christianis clausas, interdictis seuere promulgatis, voluit: Ambagibus vero abstinen[s], maiori iure Fanaticorum turbam \*\*) paucis hoc loco tangam, vtpote quibus semper fuit, & adhuc maximo est odio iuuentutis in scholis tum inferioribus tum superioribus institutio. B. LVTHERO adhuc viuo, D. ANDREAS BODENSTEIN, a patria CAROLOSTADIVS dictus, in Fanaticorum castra, nescio quo fato, delapsus, infensissimum se scholarum hostem ostendit, qui scilicet LVTHERO, a Caesare proscripto,

\*) Inter hostes scholarum JULIANVS ex mea sententia non est referendus, quod CL. L. JO. HENR. a SEELEN, Gymn. Lubec. Rect. longe meritissimus, vñ ēv ἀριστοῖς, credidisse videtur, in Oratione de Scholarum Visitacione in Stromat. Luther. legenda, p. 48. diserte adfirmans, eum maluisse omnes scholas abrogatas, quam conservatas. Tantum Christianis interdixit, quo minus scholas gentium Philosophorum frequentarent, aut ipsi suis in scholis gentium scriptores exponerent, vel liberales edocerent artes, quod ostendit b. TOB. ECKHARD. Quedlei quandam Rect. in Miscell. Lipsiensi. T. IV. n. 87. p. 195. Addatur b. d. GOTTLÖB FRIDER. GVDII Comment. de Artibus Juliani Apostatae paganam superstitionem instaurandi, Jenae 1739. editam, §. 12. p. 11. seq.

\*\*) V. GERHARD. MEIERI, Bremens. antist. Progr. de miseranda, quam scholis intulerunt, clade, Fanatici recentiores, Brem. 1714, emissum. Istud hominum genus de immediatis, quas vocant, se iactans reuelationibus, & artium officinas, & artes in his que docentur, odio prosequitur. JO. GEORG. GICHTELIVS, famosus ille ex iuris practico Fanaticus, iuuentutis instructionem penitus repudiabat, quandam ad B. JO. HENR. VRSINVM, Superint. Ratisbon. calumniosis v[er]biis: A parentibus habemus, quod sumus: A scholis, quod diaboli sumus. V. B. JO. GVSTAV. REINBECKII Nachricht von Gichtels Lebenslauf, p. 9.

scripto, Wartburgique latente, oppidanam Wittebergensium scholam in tabernam pistoriam commutauit, eadem Academiae fata comminatus \*). Hodie qua in scholas mente possint esse Zinzendorfiani, eorum ex paradoxo de ignorantia pro summa felicitate habenda, facile colligitur \*\*). Quibus vero haud immoratus, scholae contemtum neglectumque variis hodie modis se exercere, tantum moneo. Nam quot, quaeſo, sunt, qui lucri potius cupidi, quam quod Dei promoueat honorem, publicisque inferuiat commodis, liberos ab his aut arcent palaestris, \*\*\*) aut incrementa earum & commoda negligenter.

A iiiij. V. D. novi univalvulae vixit, tes,

\*) v. B. D. JO. FRIDER. MAYERI Diff. de Carolostadio contra Godofred. Arnoldum &c. Gryphiswald. 1708. ventilata §. 8. p. 19.

\*\*) Ostendit hoc B. J. O. HENR. a SEELEN in Progr. inaugurali sermoni Sub-R. noui CASP. FRID. LANGII praemistro, sub tit: Paradoxon Zinzendorfianum scholis & superioribus & inferioribus valde noxiū, de ignorantia pro summa beatitudine habenda, iniuitatis & insipientiae conuictum.

\*\*\*) Nec nouus est iste contemtus, sed MEGALANDRI nostri tempore iam obtinuit, qui in Sermone de Commodis & Damnis ex Scholarum Promotione & Contenuo oriundis, T. X. editionis Halens. cura Magnifici JO. GEORG. WALCHII in lucem emissae p. 525. ita scribit: Kehre dich nichts dran, daß jetzt der gemeine Geitzwanß die Kunſt ſo hoch veracht, und ſprechen: Hä, wenn mein Sohn deutsch ſchreiben, leſen und rechnen kann, so kann er grug, ich will ihn zum Kaufmann thun; Sie ſollen in Kürze ſo kürre werden, daß ſie einen Gelehrten gern aus der Erden zehn Ellen tieff mit den Fingern grüben: Denn der Kaufmann foll mir nicht lange Kaufmann feyn, wo die Predigt und Recht fallen &c. Item in Epistola quadam ad Norimbergenſes paſtörem ſibi petentes, T. XXI. p. 353. dictæ editionis, quam in ſequentibus vbique allegabo, ſic ſcribit: Auch zeucht Niemand jung Volck zur Schule, daß unfer Herr Gott wohl mag drein ſehen, wo wirs werth ſind.

tes, eas in squalore situque iacere, aegre non ferunt, aut contemnunt tractantes tum scholas, tum earum doctores, hos ad infimae sortis hominum genus relegant? Sed hanc mouere Cattarinam in praesenti nolo.

## §. 2.

Sed ut de Musei Alexandrini conditore, PTOLEMAEO Philadelpho \*) & Regibus ei in imperio succedentibus \*\*), ut & de primis Constantinopolitanorum, Romanisque Imperatoribus, summis scholarum fautoribus taceam, quorum sit mentio passim apud KEVFFELIVM in *Historia Scholarum inter Christianos*, certe alia fuit prae ceteris mente, quam qua supra dicti erant scholae osores, CAROLVS MAGNVS, Imperator ille sub initium octaui post Christum natum Saeculi, vere magnus, qui ut miro in litteras flagravit amore, adeo ut etiam inter coenandum lectores adhiberet \*\*\*), ita scholis vbiique apertis, iuuen-

num

\*) Museum hoc in regia, teste Strabone l. 27. condidit PTOLEMAEVS, literatissimus ipse Princeps, regiaque magnificentia & tot beneficiis ex vestigalibus in commune redeuntibus, ut ex iis collegium doctorum & consortes viuere possent, item insigni ornauit bibliotheca, v. CL. GEORG. GOTHOFR. KEVFFELIVS in *Historia Scholarum inter Christianos*. §. 4. p. 17. seqq.

\*\*) In Scholam postea Christianam hoc Museum transit, insignibus celebrem doctoribus, in quibus PANTAENVS & ORIGINES maxime inclauerunt. Praeter Christi doctrinam, etiam artes ibi docebantur profanae, imprimis scientiae Mathematicae. V. KEVFFELIVS l. c. p. 22.

\*\*\*) EGINHARDVS in vita eius c. 24. Inter coenandum aut aliquod acroama, aut lectorem audiebar. Legebantur ei historiae & antiquorum regum gesta. Delectabatur & libris S. Augustini, praeципue iis, quos de Civitate Dei inscripsit.

num non minus, quam monachorum in artibus & scientiis instructio-  
nem, antea neglectam, maximo instaurauit studio \*). Commouit  
Divina prouidentia semper viros Principes, qui scholis erectis rediti-  
busque laudabili modo instructis, litterarum culturae consuluerunt,  
probe gnosos, scholas vtriusque reipublicae, & sacrae, & profanae,  
fundamenta esse; in quibus Saxonum Electores & Principes gloriose  
memoriae, tum ante, tum maxime post sacrorum puriorum restitutio-  
nem, p[re]a ceteris eminent. Testes sunt tres scholae illustres, quas  
immortalis memoriae Elector MAVRITIUS in litterarum incremen-  
tum ex tribus monasteriis, quae vocant, condidit \*\*). Nec Princi-  
pes tantum, sed & personae priuatae, quibus Deus largiores donauit  
opes, aut quos illustri exornauit dignitate, ut eorum auctoritas mul-  
tim

\*) Quatuor scholarum memorantur species, quas excitauit CAROLVS,  
scholae videlicet cathedralis, monasticae, parochiales & Palatina, de qui-  
bus V. KEVFFEL l. c. a. §. 37. ss. p. 161. ss. qui & epistolam CARO-  
LI ad Baugulfum, Fuldae abbatem, de scholis erigendis §. 37. p. 161. ss.  
exhibit. Conf. & Die Sächsischen Merckwürdigkeiten, l. l. c. 21. p. 101.  
ss. Addantur excerpta ex praelectione, quam in societate Goettingensi  
erudita de statu scientiarum a CAROLO M. vsque ad saeculum undeci-  
mum d. 23. Apr. anno 1757. habuit CL. GEORG. CHRISTOPH.  
HAMBERGERVS, in Indicibus Eruditis Goettingi, dicti anni n. 55. p. 545.  
ss. Conf. & M. R. JO. JULII HECKERI Progr. Vom Verdiensten Kayser  
Carl des Grossen um das Bauwesen und die Schulen, Berol. 1749.  
edit.

\*\*) v. Sächsis. Merckwürdigkeiten, l. III. P. II. Cl. II. 2. Abth. c. I. p. 734.  
not. I. & scriptores ibidem excitati. Accedunt his aliae scholae, a Prin-  
cipibus Saxoniae constituta, e. gr. Gymnasium Casimirianum, Coburgi, a  
Jo. Casimiro; Augusteum Leucopetrae, ab Augusto instauratore dictum, &  
aliae, quae Principum fauorem in litteras & scholas satis superque confir-  
mant.

tum in republica valeret, omne robur, quod poterant, ad rem scholasticam variis modis iuuandam intenderunt \*). Eminet in iis B. LVTHERVS, qui omnium optime edocitus, quantum in scholarum flore ad rem Christianam publicam sit situm, ut maximus scholae fautor, inenarrabilibus inclaruit testimoniis, quae nulla temporis delebit obliuio. §. 3.  
 JACOBVS quidem GRETSERVS, Professor quondam Ingolstadiensis, nomen inter Pontificios magnum, Megalaundrum nostrum hac defraudare laude, omnibus annis est viribus: Nam in LVTHERO ACADEMICO \*\*) eum scholarum Academiarum artiumque liberalium

\*) Insignem eorum numerum, qui fauorem in Gymnasium Lubecense, quod reliquis præscholis hac ex parte felix fuit, variis ostenderunt modis, enarrat B. JO. HENR. A SEELEN in Athen. Lubec. P. IV. c. 21. §. 8. p. 592. s. Commemorat etiam B. JO. GODOFR. ZEISKYS in Progr. Lusatia inferior pia, quosdam scholarum fautores, qui stipendiis scholae discipulis profuerunt. Longior forem, quae hoc pertinent singula narraturus. Nulla facile schola erit, quin munisicorum sue plurim, sue pauciorum benignitatem sit experita. Pia antiquitas se largam & beneficum hac ex parte ostendit. Huius temporis fata cum partim eadem non permittant, partim etiam, quod dolendum, iste fauor apud plurimos sic extintus, nostrum est admodum, parta tueri. Quorum est, hoc obseruare officium, eorum mentes Summum Numen ad optima quaeque deflectat consilia!

\*\*) Titulus integer libri alioqui rarioris est: *Lutherus Academicus*, quem omnibus Academias Catholicis, Lutheranis, Calvinianis, lubens merito dat, donat, dicat JACOBVS GRETSERVS, Societas Jesu Theologus, Ingol-

um extitisse inimicum quam infensissimum contendit. At vero, quae  
heros noster passim suis in scriptis de corruptelis scholarum & Aca-  
demiarum ante repurgata sacra medio in papatu scripserat, ille ad  
scholas generatim consideratas detorquet, nobis persuadere conatus,  
eum generatim omnes repudiasse scholas & simul litterarum culturam,  
vtrisque tum litteris, tum artium, quae in illis docentur, palaestris  
inimicissimum. Sic quando loco \*) quodam scholas Orcum & pur-  
gatorium vocat, in quibus ipse saeuos per cruciatus plane nihil, nisi  
purgamenta & fordes didicerit, ad quae expurganda sibi satis laboris  
sit

stad. 1610. 4. Prodierunt quidem GRETSERI scriptoris παλυγάφες,  
& viri tantae inter Pontificios auctoritatis, ut etiam Colloquio Ratisbonensi,  
A. 1601. habito, interesse iuberetur, opera iunctim edita, Ratisbonae,  
1734. fl. XVII. tomis in forma prima: At eadem mihi cum euoluere non  
licuerit, vtrum eius Academicus his sit insertus, neque adfirmare, neque  
negare possum. Vid. interim a SEELEN, qui orationi: *Lutherus de  
Scholis, optime meritus in Stromat. Lutherau. N. 24. p. 819. fl. recusae;*  
*Επίμετρον* subiecit, quod nobis notitiam huius libri suppeditat.

\*) In Explicatione IV. Praecepti de Officiis parentum erga liberos, T. X. p.  
558: *Ist terzt nicht mehr die Hölle und das Fegefeuer unsere Schüten, da  
wir inne gemartert sind, über den Casualibus und Temporalibus, da  
wir doch nichts, denn eitel nichts, erlernet haben, durch so viel Stäupen,  
Zittern, Angst und Jammer.* Paulo post addit: *Ja wie leid ist  
mir's jetzt, dass ich nicht mehr Poeten und Historien gelesen habe, und mich  
auch dieselben niemand gelebret hat, hab dafür müssen lesen des Teufels  
Dreck, die Philosophos und Sophisten, (Scholaisticorumnugas trietasque intelligit)  
mit grosser Kost, Arbeit und Schäden, dass ich genug habe daran aus-  
zufegen.* Pariter in superiores inuehitur scholas, tum temporis frequentas,  
sed mente eadem, in explicatione Ps. XXII. ad v. 13. T. VI. Oper.  
p. 2553. alia coaceruare loca spatii angustia prohibet.

sit relictum, eiusmodi verba ad odium eius aduersus scholas confirmandum trahit Auctor. Ad quis non statim, talia euoluens loca, intelligit, Lutherum de corrupto scholarum statu, qui illis in tenebris obtinuit, manifeste loqui, nequaquam vero de schola generaliter considerata? Ita optat alio loco, ut scholae potius intereant, nullusque puer aliquid discat, nempe si illae tantum essent loca corruptelarum, tum in doctrinis, tum moribus, & pueri nil nisi nugastricasque addiscerent \*).

## §. 4.

Scholae, sed non talis, qualis obtenebratis antea temporibus fuit, sed repurgatae, & scoriis errorum, tricarum & superstitionis libertate insignis amator extitit LVTHERV. Amauit ille artes, amauit scholas, artium palaestras. In iuuentute sua ipse a patre, vtvt paupere, egregias vero eius animi dotes, cum mirifica discendi cupiditate coniunctas, perspiciente, diligenter ad artium palaestras, ut tum comparatae erant, fuit ablegatus. Prima rudimenta in patria iecit, quibus initio Magdeburgi, maxime vero Isenaci, duce JO. TREBONIO, viro tam imprimis in formandis iuuenium animis laudato, non impeditus paupertate, ob quam victum & amictum cantando in plateis si-

bi

\* ) Nec solus GRETSERV, LVTHERV hac ex parte calumniatus, sed plures alii fuerunt, qui differia in eum dixerunt. B. FRIDER. ANDR. HALLBAVER in Diss. *Lutherus politioris Litteraturae Cultor & Aestimator*, Jenae 1717. in ipsis saecularium sacrorum solemnis emissâ, p. 9. ss. p. 8. ss. plures, idem B. LVTHERO obiuentes, allegat & reiicit, utpote

LO.

bi parere \*) coactus est, linguarum & artium notitiam superstruxit \*\*). Ex qua schola litteris bene, ut tum erant tempora, imbutus, ad Aca-

B ij de-

LORINVM, CLAVDIVM FLEVVRVM, MELCHIOREM CANVM, CA-  
ROLVM CRVCIVM, ERASMVVM, PALLAVICINVUM, aliasque.

\*) v. Eius Explicat. Catechismi ad quart. Praecept. T. X. p. 524. f. Verba in solamen pauperis artium cultoris, et si longiora, huc transscribam: *Man spricht, und ist die Wahrheit, der Pabst ist auch ein Schüler gewest; Darum verachte mir nicht die Gesellen, die vor der Thüre panem propter Deum sagen, und den Brodreigen singen. Du hörest, wie dieser Psalm (Ps. 113. v. 5. ss.) saget: Große Fürsten und Herren singen. Ich bin auch ein solcher Partekenhengst gewest, und habe das Brod vor den Häusern genommen, sonderlich zu Eisenach, in meiner lieben Stadt - aber dennoch durch die Schreibfeder so fern kommen, daß ich jetzt nicht wollte mit dem Türkischen Kayser beutzen, daß ich sein Gut sollte haben, und meiner Kunst entbehren. Ja ich wollte der Welt Gut vielmahl gehäuft nicht dafür nehmen, und wäre doch ohne Zweifel nicht dahin kommen, wo ich nicht in die Schule und ins Schreibbehandwerk wäre gerathen. Darum lass deinen Sohn getrost studieren, und sollte er auch dieweil nach Brod geben, so giebst du unserm Herrn Gott ein feines Hölzlein, daß er dir einen Herrn ausföhnen kann. Es wird doch dabey bleiben, daß dein und mein Sohn, das ist, gemeiner Leuten Kinder, werden die Welt müssen regieren, beyde im geistlichen v. weltlichen Stande, wie dieser Psalm zeuget. Denn die reichen Geitzwänste könnens v. wollens nicht thun, sie sind des Mammons Cartheuser v. Mönche, des müssen sie Tag und Nacht warten; So vermögens die gebornen Fürsten und Herren alleine nicht, v. sonderlich mögen sie das geistliche Amt gar nicht versehen. Also muss wohl beydes Regiment auf Erden bleiben bey den Armen, mittelmäßigen v. gemeinen Leuten, v. bey ihren Kindern.* Conf. & quae pag. antec. p. 523. in eandem rem scriperat.

\*\*) Conf. HALLBAVERVS l. c. §. 15. p. 19. seq. usus est etiam (sed quo-  
tem-

demiam delatus est Erfordiensem. Nec hic a studiis cessavit, sed libros legendo, meditando, atque in litteras indefesso studio incumbendo totos dies noctesque, non MELANCHTHONE tantum, sed & ipso L. MAIMBURGIO testibus \*), consumxit. Quibus autem in artibus imprimis profecerit, iam tangere spatium prohibet. Id certum est, eum potiores, quae ad humanitatem pertinent, artes, nec has tantum, sed & altiores, quas Academia docet, studiofissime tractasit (\*\*). Ex his vero, quae de LUTHERI fauore in litteras, deque harum publicis in scholis cultura paucis differui, fauor eiusdem in scholas luculentiter patescit. Quo modo enim posset ille, qui rem odit, eandem tempore nescimus) praeceptore JO. REICHELINO, qui se Capionem vocauit, (viro, qui linguarum, Latinae, Graecae & Hebraicae studium, porrectis reformationi manibus auxiliariibus, restitut) teste epistola, quam Witteberga Anno 1718. ad eum scriptam, his finiuit verbis: *Vale & gaude in Domino, praeceptor vere mihi venerabilis.* v. a. SEELEN in Stromat. Luther. n. X. p. 439. s. vbi tota haec epistola legitur inserta: IDEM in Medit. Exegetic. P. III. Diff. II. p. 38. not. 9. & p. 39. not. 10. s. vbi agit de B. LUTHERI praeceptoribus.

\* ) PH. MELANCHTHON in vita Lutheri: Recepitus in collegium Monachorum, iam ugn solum acerrimo studio doctrinam ecclesiae discit, sed etiam summa disciplinae severitate, se ipse regit, & omnibus exercitiis letionum, disputationum, ieiuniorum, precum omnes longe superat. MAIMBURG. in Hist. Luther. l. I. Sect. 8. eum vocat summe laboriosum & in studiis adeo assiduum, ut integrus aliquando dies cibo abstineat nisi incubuerit.

\*\*) vid. B. HALLBAVER. l. c. a §. 19. seqq. p. 29. s. vbi singulatim pluribus eas persequitur artes & scientias, quibus MEGALANDER hic suam dicit operam.

tanto seruore, quanto LVTHERVs litteras & artes, prosequi & ex-colere, eamque non coactus & libere, nisi fauore in eam compul-sus? A fauore autem Lutheri in litteras ad fauorem in scholas rite colligere possumus, quae scholae sunt artium & litterarum palaestrae: Si dixeris: Potest dari litterarum cultor, qui scholarum est osor; Potest enim priuati ducis opera & instructione usus in litteras incum-bere; respondeo, priuatam quoque institutionem esse scholae speci-em, idque tantum in quaestione esse, vtrum priuata praestet publicae instructioni? quod argumentum non huius, sed aliis est loci & tem-poris<sup>\*)</sup>. B. LVTHERVs publicam praetulit scholam, eamque per-

B iii

iu-

\*) Nil magis hodie usu receptum est, quam ut publicis scholis & lectionibus spretis, priuatam liberorum instructionem sectentur multi, etiam inferioris ordinis & dignitatis homines, sibi persuadentes, liberis se suis optime consuluisse, si eos homini, qui saepius nec dexteritate nec voluntate praeditus est doctrinas, tum sacras, tam profanas, sibi commissis recte tradendi, instruen-dos dederint. At quoties ipsos tristis edocet eventus, quantum iisdem, iactura temporis inaniter facta, & sumtibus frustra impensis, noctuerint! Certe ego plerumque, quando priuatis ex scholis ad me deseruntur iuue-nes, primo in examine statim peruersam talium mentem deplorandi occa-sionem nancisor. Video enim, potiores iuuenum annos, nunquam redi-turos, sine fructu esse transactos, parentumque marsupia nummis frustra esse emuncta. Quantum damni exinde orbi litterato attrahatur, facile coniectandum est. Quam vero Camarinam in praesenti mouere nolo. Ex-stat seges magna scriptorum, quae partes priores scholae publicae, quas prae priuata habet, tuerit, ex qua tantum pauca, eaque recentiora hic alle-gabo. Lucem videlicet adspexerunt V. orationes HIERON. LAGOMARSI-  
NI e S. J. Mediolani impressiae, quarum tertia & quarta publicarum scho-larum causam contra priuatas fortiter defendunt. At quoniam eiusmodi scripta nostris in terris huic vel illi tantum innotescunt, commendanda sunt tria imprimis scripta: 1) JO. LVDOLE. QVENTINI, Goettingenf. Gra-tulatio natalit. ad CL. Kochlerum, 1749. in lucem emissa, in qua in quaestio-nem

iuentutis annos frequentavit, postea per omnem vitae aetatem amatam, commendatam, & quacunque poterat, ope adiutam, quod partim ipsius ex verbis supra excitatis, dilucide cognoscitur, partim ex testimonii, impostorum allegandis, apparebit luculentissime. Noui equidem, illum aliter rem instituere non potuisse, quam ut publicas frequentaret scholas, quia tum temporis summa erat raritas doctorum, qui non vnum, vel duos, sed multos, eosque locis publicis docebant, quosque praeterea, si vel maxime cuiusdam copia ipsi data fuisset, suis nutrire sumtibus, obstante paupertate, qua laborabat, non valuisset. Vera sunt haec omnia, siquidem publicis in scholis Magdeburgi & Isenaci sustentationem cantando in plateis, ut ipse fatetur, ex benignitate munificorum accepit: At vero semper tamen omnem per vitam suum amauit Isenacum, simulque scholam in hoc oppido florentem;

Ama-

nem inquirit: *Vtrum priuata educatio sit publicae preferenda?* quam ita decidit Auctor, expedire publicam cum priuata coniungi instructionem. Quod si vero priuata instruacio non sufficit, sed publica addenda est, sequitur exinde, publicam priuata esse preferendam. Dubium quod plerumque obiicitur, iuentutis mores publicis in scholis corrumpi, 2) doctissime remouit CL. J. O. G E O R G . B E R N O L D , Rector quondam Heilbronnes, qui ex Latino Lexico maxime inclaruit, Progr. hoc de argomento Ao. 1753. in lucem emisso. Imprimis autem, 3) legi meretur scriptum vernacula sermone paucis ante annis euulgatum, & postea in Danicam translatum linguam CL. D. A N T. F R I D R. B Ü S C H I N G I I sub titulo: *Grundriss eines Unterrichts, wie besondere Lehrer und Hofmeister der Kinder und Jünglinge sich pflichtmäßig, wohlanständig und kluglich verhalten müssen.* Nebst einer vorläufigen Abhandlung von dem Vorzuge der öffentlichen Schulen vor den besondern Lehrern, Alton. impr. septem constans plagulis. Quibus scriptis publicae artium palaestrae debitus honor, a multis calumnioso subtratus, restituitur.

Amauit praceptorēm \*), qui prae ceteris singulari, vt tum erant tempora, Grammaticen docendi dexteritate pollebat. Vt paucis dicam: LVTHERV S maximus fuit & huius & aliarum scholarum, sed tenebris & faecibus, quae illis temporibus eas foedabant, repurgatum amator & fautor. Confirmarem hoc multis, eius ex scriptis, in quibus maximo inuenienda sunt numero, petitis testimoniis, si longior in praefenti esse possem, quod autem ad particulam posteriorem, quam data occasione in futurum addere meditor, differre mihi est animus.



Sacra, Euangelicorum coetui propria, nempe in memoriam repurgatae a scoriis doctrinae, piis a maioribus in Diuini nominis gloriam rectissime ordinata, cum hoc anno die nobis commodo recurrent; & nonnulli discipulorum, meae traditorum disciplinae ingenii vires publice constituerint tentare: Iisdem velificaturus, dicendi argumenta, illi temporis articulo accommodata, proposui. Dicent videlicet tum prorsa tum vorsa oratione de nonnullis beate defuncti Megalandri nostri,  
MARTINI LVTHERI virtutibus, sequenti ordine:

I. Chri-

\*) Diserte scribit MELANCHTHON in *Praefat. P. II. Operum Lutheri Wittbergensem praemissa*, T. XIV. edit. Walch. p. 506. Hernach hat er in der Schule zu Eisenach einen Lehrer der Grammatik, der diese Künft besser und geschickter gelehret, als anderswo dergleichen geschehen, 4. Jahr gehöret: Dein ich erinnere mich, daß ich ihn Lutherum selbst habe loben hören. Man hatte ihn aber darum in selbige Stadt geschickt, weil die Mutter daselbst aus einer alten und ehrfamen Familie entsprossen war. Hier hat er das Studieren in der Grammatik vollendet. Und da er einen sehr witzigen und guten Kopff hatte, v. sich insonderheit zur Beredsamkeit wohl schickte, bat er es seines gleichen bald zuvor gethan; und die andern jungen Leute mit reichen und zierlichen Worten und Art zu reden, sowohl in Versen, als ungebundnen Schriften, leicht übertrffen.

89


57476

16

De Fauore Lutheri &c.

- I. Christianus Gottlob Broederus, Harthav. Misn: carmine heroico Latino *Lutherum heros praedicabit*. Quem excipiet
- II. Traugott Ludovicus Klee, Dresdens. Latinum sermonem solutum de *Amore Lutheri erga S. Scripturam* recitaturus. Quo facto
- III. Jac. Guil. Constant. Ziegra, Dresd. vernacula lingua, de *Fiducia Lutheri in Deum posita*, verba faciet. Quem secuturus
- IV. Sam. Christlieb Fiedler, Lauenstein. *Lutheri studium & ardorem precandi*, Latinam dicturus orationem, laudabit. Tandemque
- V. Jo. Christian. Haschius, Niskauia-Misnic. vernaculo carmine *Deo optimo maximo gratias pro luce in tenebris per B. Lutheri ministerium exorta* dicturus hoc exercitium finiet.  
Ut tum in laudem Dei, qui tantam nobis ultimis his diebus donavit salutem & in ministri, per quem hoc arduum absoluit opus, memoriam, tum ad exstimplandos, qui in Evangelici coetus spem & expectationem adsurgunt, iuuenes nostros, frequentes conueniant, *Artium Scholarumque Fautores & Patroni*, prae ceteris MAGNIFICVS EPHORVS, AMPLISSIMI REIPUBLICAE PATRES CONSCRIPTI, PLVRIMVM REVERENDI V. D. MINISTRI, & quicunque scholae nostrae causa bene cupiunt, est, quod ab IISDEM enixe etiam atque etiam contendo & precor, certe sibi promittentibus, nos omnem IPSIS, cuius pro dignitate sua, observantiam nunquam non esse testatueros. Dabam e museo Scholae Crucianae Dresd. d. XXVIII. Octobr.

A. O. R. MDCCLXIII.



ULB Halle  
008 560 978

3







DISQVISITIONIS  
DE  
FAVORE MEGALANDRI B. D. MARTINI LVTHERI  
IN SCHOLAS LITTERASQVE  
PARTICVL A PRIOR  
DE NONNVLLIS  
**B. LVTHERI VIRTVTIBVS**

OPTIMAE SPEI SCHOC  
DIE XXXI. MENS  
QVO REFORMATION  
MEMORIA REN  
HORA II. A MERIDIE AVDIT  
AD QVORVM SERMO  
SCHOLARVM PATRON  
IN PRIM  
MAGNIFICVS EPHOR  
SENATVS PLVRIM  
V. D. MIN  
PER OFFICIOSE ET QVA  
INVITAN  
A  
M. CHRISTOPHORO  
LYCEI CRVCIAN

---

FRIDERICO  
EX TYPOGRAPHEO

